

USUS E VERSU V.

(1) *Jehovæ Deo nostro, tanquam Creatori, conferri nequit creatura ulla. Quid ergo præter has supereft; quid idola, nisi humani cerebri figmentum & nihilum;* 1. Cor. VIII, 4. vel *demonia?* c. X, 20.

(2) *Suprema Dei Sedes, seu imperium in universa absolutum, requirit à nobis cultum devotissimum, vi primæ tab.*

(3) *Huc Sedes Messiae ad Patris dextram:* Ps. CX, 1. VIII, 6. Joh. V, 27.

USUS E VERSU VI.

(1) *Providentia Dei ad humillima queque extendit, adeoque etiam ad passerem, pilos &c.* Matth. X, 29. seqq.

(2) *Tam in cœlis quam in terrâ, dantur & humiliæ & grandia: differunt hæ creature & mole, & virtute; dantur necessaria, dantur superflua, &c.*

(3) *Nibilominus à Deo inspicuntur singula, adeò ut & sciat, & curet, v. g. nivem, pluvia, guttas, &c.* Sirac. I, 2. Job. XXXVI, 27. XXXVIII, 28.

USUS E VERSU VII.

[1] *Ereptionis è pulvere sunt modi varii.*

(2) *Nemo in opum desperet: nemo*

[3] *Modum, media, tempus locumve emergendi Deo prescribat, imo*

(4) *Sin pulvere & sterquiliniō sit permanendum ad extremam usque horam cum Lazaro* (Luc. XVI, 20.) *patientissimè id Deo suo committat.*

(5) *Humilitati quilibet ex animo studeat:* 1. Pet. V, 5.

PSALMI CXIV. DISPOSITIO.

Miracula ornant exodus. Exitus ex Ægypto.

Recolitur hic, ad stimulandum paſchale gaudium, eductio Dei miraculosa, ubi (1) educti: *Israel, domus Jacob:* (2) terminus à quō: *Ægyptus, populus barbarus:* vers. 1. (3) eductorū dignitas: sunt facti *sanctum Dei peculium:* vers.

2. (4) Concomitantia: (a) *fuga maris:* (b) *Jordanis recessus:* vers. 3. (c) *montium collum- quemotus:* vers. 5. 6. (5) Causa principalis: *Deus Jacobi omniumque Dominus præsens:* vers. 7. (6) Concluditur consequente, *eductio- nis aquæ ex petra:* vers. 8.

PSALMUS CXIV.

EXPLICATIO VERSUS 1.

בצאת in egredi:) i.e. dum egredieretur, puto tot præviis miraculis, tam insperato ac subito, tantō curi cœtu, ubi ne unicus in tot myriadibus æger, &c. Psalm. CV, 37.

ממצרים ex Ægypto:) regnō scilicet alioquā potentissimō, cuius tamen vis omnis sufficere non poterat ad retinendum ulterius contra Dei verbum tantam mancipiorum turbam.

בית יעקב domus Jacob:) per epexegesin iidem designantur, qui modo voce *Israel;* cuiusmodi phraseologiam vidimus quoque Psalm CV, 6. 19. 23. venit Israël in Ægyptum & Jacob peregrinatus est in terra Cham. Per *domum* autem metonymicè *domus incolæ;* vel familia aut posteritas, designatur, sicut in profanis etiam dicitur *domus Saxonica, Austriana &c.*

A Luc. XVIII, 14. Matth. XX, 12. Rom. IX, 31. Jes. XIV, 13. &c.

USUS E VERSU VIII.

[1] *Sedere cum magnatibus, honoris quidem est pe- culiaris, verum ingentis simul periculi atque laboris.*

(2) *Dantur hujusmodi fastigia tam in statu ecclesiastico, quam politico. dantur afflictæ hujusmodi personæ passim, qualis erat Mose.* (ein sehr geplagter Mann:) Num. XII, 13.

[3] *Quisque tamen præbere se nitatur ingenuum, ingenuo principalique Spiritu gubernatum.* v. Prov. VIII, 17.

(4) *Nemo hujusmodi promotiones cœca adscribat for- tunæ casuive.*

(5) *Nemo promotus per ingratitudinem obliviscatur statu pristini.*

USUS E VERSU IX.

(1) *Sterilitas conjugii adversitatum haut postrema.*

[2] *Fœcundat solus Deus, ut uxor fiat mater, & non sobolis quidem unius, sed filiorum plurium, imo gaudiō repleta: quod ad Conjugii spectat honorem, B præ celibatu impuro.*

(3) *Sterilitas, inopia quævis alia antecedens, tam magis commendat fœcundationem cœlū concessam & subsequentem:* 1. Sam. II, 6,

(4) *Status, tam ecclesiasticus & politicus, quam economicus, divini regiminis evidētia semper habuit monumenta.*

(5) *De fœcundatione ecclesiæ lege Jes. LIV, 1. Gal. IV, 27.*

PSALMI CXIV. DISPOSITIO.

Miracula ornant exodus. Exitus ex Ægypto.

C. *בצאת ex populo:*) i. e. ex visceribus veluti Ægyptiorum, qui eosdem degliverant, secundum Rabbi Abni & R. Simon, in midr. Tillim.

לע barbaro:) ita Vulgatus, Pagninus, Piscator. vide (1. Cor. XIV, 11.) item Chaldæus; *ברפראת מעת נא populo peregrini sermonis.* ita Junius. haut dubiè ad exprimendum regimen, cuius indicium *Patach* sub ב. Exprimitur autem à *Campense per populum alterius, quam quæ ipsi loquerentur, lingue.* quo cum paria ferè habet R. Nathan. in Concord. quod significet *בדבוך כלשון אחרת sermonem in lingua alia.* itemque Kimchi in comment. qui tamen vix possibile censet, quin Ægyptiorum lingvam calluerint, cum tot annos inter eos consumserint: ad minimum pars illa Israëlitarum, quæ inter ipsos habitabat serviebatque illis, novit Ægyptiacè loqui, reliquis in terra Gosen sibi tributâ manentibus, Ebrâaque suâ linguâ utentibus. confer Psalm. LXXXI, 7. de lingua